

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Tabulatura continens praestantissimas et selectissimas
quasque cantiones in usum testudinis**

Neusidler, Melchior

Francfordiae ad Viadrum, 1573

Widmung

urn:nbn:de:bsz:31-37338

ILLVSTRISSI
MO ILLVSTRISSIMIQUE
GENERIS PRINCIPI AC DOMINO
D. Augusto Electori, Duci Saxonie, Landgrauio Tur-
giae, Marchioni Misniae, Sacri Romani Imperij
Archimarschalco, Domino suo
clementissimo.

Ecitatur in veterum Poëtarum

Rescriptis magna constantia nati ex Ioue Mercurij figmen-
tum, quomodo uie puer adhuc Mercurius, & ad Aegypte
flumina à Nymphis nutritus excogitarit magna ingenij de-
xteritate & industria instrumenta variorum generum,
quibus non homines tantum, sed Deos etiam falleret, in quo-
rum numero Lyram fuisse præ reliquis omnibus instrumentis illis gentibus sa-
cram accepimus, & è Concha, quæ post Nyli exundationem, recipiente se hoc in-
tra, alueos suos ibi remanserat, in sicco extrectam. Testudinem vocant eam
alijs nomine ut videtur minime inconueniente, & inusitato, rotunditatem habet
oblongam capite in orbem sruato, ut ob id manibus teneri facilius posset. In
ripa autem ludens, cum obseruasset hoc puer, accedens ad inuentam concham pro-
pius, pulsat eam & sonum nescio quem blandum & suauem expulsa huius per-
cipit. Letabundus hac etiam de causa Deus, nervos continuo super intendit sep-
tem, experiens iam organi à se inuenti & extracti suauitatem tantam, ut non
hominibus sed Diis etiam hoc probaretur. Donatur Apollini, & ab hoc Orpheo,
qui post Homeri ac Pyndari tempora (his enim ἐπαχόεσθαι mansit) de musarum
numero excornauit adhuc, & auxit Lyram illam restitutis duabus, à quo ad Aegyptum
postea peruenisse dicitur, & non in his locis, sed alijs etiam inter sacra
custoditam Mercurij Chelin. Etsi autem haec tantum est fabulosa narratio ἐπι-
ποδιος tamen subesse videtur, eiusmodi cuius consideratio non dulcis solum &
iucunda sit, sed de multis præcipuis operibus in naturalium rerum & artium stu-
dijs cogitandi occasionem præbere posset inquirentibus, & de his cogitantibus
paulò diligentius. Ut enim de nati Mercurij ex Ioue figmenti significationi-
bus nullil dicatur in præsentia, quis non videt notari ordinem & originem sep-
tem liberalium artium instrumento ἐπαχόεσθαι, & dignitatem harum ipso nume-
ro septenario indicari, nam veteribus hic & ipse sacer fuit. Et quanquam ad
humanitatem pertinentes discipline yniuersæ communi vinculo copulatae sunt,
ut ob id dignitas etiam deberi posse videatur communis omnibus: Sunt tamen in
gradus quidam & aliœ alijs præstantiores, & tamen omnibus conuenit con-
ducere

ere Ecclesiæ doctrine, & rerumpli Sac vitæ. iuris administrationem.

De singulis hec probando denistrare sicut in situ nostri non est, ita
recitatione quæ prolixa foret, & nivis operæ premium fie-
ret, vt tamen omnium artium elogis uniuersis, Musicæ artis siue or-
ganicæ, siue naturalis præstantiam, paucis commendemus. Quid, quæso, hac lau-
de dignius? amabilius, iucundius, suauius?

Reliquarum artium, ac disciplinarum philosophicarum studia, vel in con-
templatione, vel morum informatione occupantur, Musica ad contemplationem
& mores conferente simul. Sicut enim numerorum doctrina utiliter ingenium
exercet, vt ob id de industria, dexteritate, & felicitate ingenuorum in discenti-
bus, ex numerandi scientia utiliter iudicari posse: Ita haud scio, an non idem
præstet Musice, quæ ex principijs & fundamentis proportionum, & demonstra-
tionum Geometricarum extruitur & ipsa.

Deorum statuis Musica instrumenta appendere consuevit vetustas, fortas-
sis quod hac superi ad humana deducantur, & his conciliati immortales, cum
mortalibus versentur.

Rectissime vero non in Ethnicorum tantum, sed religiosorum, & veræ de
Deo doctrina studiosorum hominum templis ad sacrificia, Musica addita fuit,
non solum quia compositi animi sacrificantium, & ad aras Deorum accidenti-
um, cumq; metro compositæ preces, essent ad altaria afferendæ, sed & quia Deos
cœlestia corpora esse arbitrarentur, ex harmonicis proportionibus & numeris
constare hos existimabant.

Seruatur nostris temporibus introducta consuetudo eadem, eadem ut vide-
tur de causa, quod animum omnibus domesticis occupationibus solutum, & libe-
rum, ad Deum colendum profici, & omnia ciuilia negocia, cum ad aras acce-
dimus animo eximi oporteat. Morum vero gubernationi conferre in eo videtur,
quod nulla res sit, parandis, & efficiendis hominum & animantium etiam affe-
ctibus aptior & utilior. Notæ sunt de Orpheo vetustissimo Thrace (eo scilicet,
quem Herculis εὐγενοπός ac annis centum ante bellum Troianum floruisse histo-
riarum Chronologicæ rationes docent) & hyra huius Poëtarum fabulae, fictis
vera inuolentes, quomodo nimirum canendi peritia excelluerit tanta, ut fluuij
ad cantum huius firmarentur, aues aduolarent, ferae properarent, sylvae & saxa
& venti, omniumq; vel sensu carentium genera accurrerent, quomodone uxori-
rem Eurydicen, sola cantus suauitate pacato Plutone & Proserpina ab inferis
liberarit, quorum omnium mythologiæ occupatis in lectione scriptorum veterum
ignorare esse non possunt.

In primis vero & hoc consideratione dignum, quod memorie proditum est,
Timotheum Musicum, ubi in coniuicio presente Alexandro Macedone Musica

instrumenta ille pulsari. Et ne Alexandri animum, ut ad ait.
Ienda mox exilierit e corde. Ea vero chordas cum pulsaret remi-
mutatum & sedatum eiusdem Alexandri animum continuo.

Quemadmodum igitur artis huius dignitas est & utilitas; preclara vita
& conatus horum non solum in exercitu, sed etiam in accionibus, et auctoritate, etiam hanc,
quibuscumque modis id fiat, expetunt. In quorum numero Illustriss. Illustrissimiq;
generis Princeps Domine clementissime, meum quoque nomen ut esset iam dudum
laboravi, Et tamen hoc mihi non tribuo, ut inuentione nouarum rerum & doctrin
narum, utrigenae Musicae augmentum posse accedere de me policear, et si in organica
Musica praestari possent aliqua.

Edidit autem superioribus annis numerum cantionum selectissimarum
mediocrem, ad usum Testudinis accommodatarum in Italica (ut vocant) Tabu-
latura, Melchior Neufidler, artifex harum rerum, quantum ego iudico, minimè
vulgaris. Harum usu cura non censerem defraudandos nostrarum regionum
homines, qui tabulatura utuntur ab Italica diuersa, de aliena in nostram tran-
stuli cantiones has Neufidleri vniuersas.

Has igitur Illustriss. Illustrissimiq; generis Princeps AVGUSTE,
Domine & Mecenas benignissime, sub Illustriss. C. T. nomine publicare placu-
it, cum quod haec sicut & reliquæ omnes artes sub tutela Principum custoditæ,
tuto delitescant, tum quod I. C. T. filium meum, qui aliquot iam annis in I. C. T.
aula vixit, clementer, & benignè in omni officiorum & benevolentiae genere
complexa est, ut hac de causa etiam minus dubitem, fore I. C. T. hos labores non
ingratos. Filius Dei, Dominus noster IE SVS Christus C. T. diu seruet
incolumem. Datum Vuittebergæ in die Pentecostes, Anno 1573.

Illustriss. Celsitud.
Subiectis.

Benedictus de Drusina.

